



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXCIV. Der Markgraf Ludwig d. ä. verkauft von Neuem dem Domcapitel einen Theil der Havel und den kleinen Kiez, so wie gewisse Geldhebungen in Zachow und Tremmen, am 29. März 1327.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

die Urkunde No. CXCI. vom gleichen Jahre) et in sequenti forma, que incipit: Bodo etc. (Urkunde No. CXCH.) Acta sunt hec anno, indictione mensē et die supra dictis in castro Brandenburgensi presentibus dominis Jacobo plebano in Oyne et Johanne plebano in Brizene, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Engelbertus, dictus de Lichen, publicus imperiali autoritate notarius has literas, ex quibusdam literis autenticis sigillis cereis munitis fideliter exemplavi, quarum prima literarum duo habebat sigilla etc.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CXCIV. Der Markgraf Ludwig d. ä. verkauft von Neuem dem Domcapitel einen Theil der Havel und den kleinen Riez, so wie gewisse Geldhebungen in Zachow und Tremmen, am 29. März 1327.

In nomine domini. Amen. Nos Lodowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. recognoscimus per presentes, quod pro triginta quinque marcis argenti Brandenburgensis expositis per dominum prepositum ecclesie Brandenburgensis in causa, quam dominus Borchardus, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus movit contra nostros antecessores, nec non pro septem marcis, nunc de novo nobis per dictum dominum prepositum erogatis, dedimus et per presentes damus ipsi preposito et suis successoribus dicteque ecclesie Brandenburgensi proprietatem omnimodam in Obula a loco, qui dicitur Vurstedde, usque ad civitatem novam Brandenburg, cum omnibus gurgustis, contentis in predictae aque decursu, cum piscationibus, cum iudicio et annuali censu, proveniente de his in denariis et angullis. Item cum Slavis, morantibus in villa Woltitz, a dextris, cum ad novam civitatem Brandenburg itur, cum eorum censu videlicet denariorum et pulorum cum omni jure, sicut nostri antecessores habuisse noscuntur. Item dedimus eidem preposito et suis successoribus atque ecclesie Brandenburgensis proprietatem super quatuor talenta denariorum, que precaria censualis dicuntur, in villis Zachow et Tremmen situata, scilicet in Zachow tria talenta cum tribus solidis et tribus denariis et in Tremmen sedecim solidos cum novem denariis, que quidem quatuor talenta dictus prepositus ergo Stephanum et Betekinum, dictos de Clebelock sua pecunia comparavit. Renunciamus ergo dicte proprietati et talentis, quoad nos et nostros heredes nec non omni juri ad ipsa solemniter in his scriptis, nostro pendenti sigillo de nostra certa scientia communitis, presentibus, domino Gunthero comite de Lindow, Wedekino de Wiltberg, Hinrico de Redere et Hinrico de Wolkow militibus cum aliis fide dignis. Datum Sehufen per manum Hermanni de Luchow, anno domini M. CCC. XXVII. dominica Judica.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CXCV. Ablassbrief des Bischofs Ludwig von Brandenburg und mehrerer Bischöfe für die heil. Kreuz-Kapelle in Halle, vom 1. Juli 1327.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenerint. Nos miseratione diuina (1 Erzbischof und 6 Bischöfe), Henricus episcopus Lubicensis, Donatus episcopus